Lauare neglegi & infirmos tardius quam oportet uisitaui.
& discordes ad concordiam non toto corde & integro animo
reuocaui. & ecclesia ieiunante prandere uolui. & in eccle
sia stantes ubi scae lectiones leguntur fabulis otiosis occupatus fui
quod aut psallendo uel orando aliquotiens aliud quam oportet cogita
ui. & in conuiuiis meis non ea semper quae sancta sunt sed aliquotiens quae
sunt luxoriosa uel detractiones locutus fui. & confessus tibi in
credulitatem meam quod fui sacrilegus. quod furaui. quod fornica
ui. quod adulteraui. & in sacro altare iuraui. quod homicidium feci
& raptor fui. & falsum testimonium dixi. & me in animalibus coinqui
naui. & in menbris meis in concupiscentia malorum fantasmatum me
tangendo per malam delectatione coinquinaui. & quod oculis meis uidebam
quae mihi licitum non fuit. uel neglegens fui quod uidere debui. & quod
cum auribus meis audiui quod mihi licitum non fuit. & audire neglegens fui
quod praeceptum est. Aut ore locutus fui quod mihi licitum non fuit. aut silui
quod loquere debui. Aut manibus meis operatus fui quod mihi licitum
non est. aut tardaui quod praeceptum est. & ut pedibus meis ambulaui ubi
mihi licitum non fuit. aut praeuaricaui quod fuit mihi praeceptum. & quod
uolens aut nolens. aut sciens aut insciens contra uoluntatem dei co
gitaui. aut locutus fui uel operatus. omnia fiant in pura con
fessione domino deo omnipotenti. & tibi dei amico & sacerdoti. & rogo
te cum omni humilitate ut digneris orare pro me infelice & indig
no. ut dignetur mihi per suam misericordiam dominus dare indulgentiam
peccatorum meorum. Et sacerdos benedicat & oret & dicat illi
Omnipotens deus qui dicit qui me confessus fuerit coram hominibus & cetera.
Ille te benedicat & custodiat. & det tibi remissionem omnium peccatorum
tuorum amen. † Ih gihu . alamahtigen fater . inti allen sinen sanctin
inti desen uuihidon . inti thir gotesmanne . allero minero sunteno
thero ih gidahda . inti gisprah . inti gideda . thaz uuidar gote
uuari . Inti daz uuidar minera cristanheiti uuari . Inti uuidar

infestiuo com
peccatorum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0010